




ARS
METRIC
ROMA
1483
INCUNABULI
A
5
3
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze











Incipit accessus metricam ducturus ad artem
Quos iuuat ipsius pyeridumqꝫ color

Si quis amat fieri metrici candoris alimnus
Hoc modicum sollers aggrediatur opus.
Vtqꝫ sit incepti cupidus que cōmoda prestet
Exquirat cuius mille notare potest
Hinc etenim ratio prime deprebenditur artis
Que reliquis tanq̄ Ianua prestet iter
Hinc & sillabici seruatur cautio iuris
Qua sine quisquis erit cogitur esse rudis
Adde qꝫ hac celebri nitido super etbere cura
Laudibus illustres fama perennis babet
Ignauum premit̄ pauido cunctamine uulgus
Cui parit inuisam syllaba rara moram
Cogitur accentus uarios errare per omnes
Et confusa suis uerba referre sonis
Quod procul excussit uitium prefata notare
Doctus in ambiguis istius artis ope
Versibus bis nr̄i cupiat monimenta libelli
Qui de castalio pocula fonte cupit
Pauca quidē fateor breuitatis amore notaui
Plura sed in paucis nosce repertus erit
Si quia sit noster labor bic ad mota repellet
Lumina: nec poterunt facta moderna pati
At faueant operi sublato nomine saltem
Quod facit: ut studiis cogar obesse meis



Aut si transgressum uideant hęc scripta tulisse
Non est qui facile dicat ubiq; bene.
Vt tamen infelix saties tua pectora liuor
Hoc tibi solamen littera canta refert
Non totū nostrū est. sed scripsimus ex alieno
Quicquid laudandū dixero tutus habe
Non fuit hoc nostri tantum reperire laboris
Sed quę iam fuerant dicta ligare simul
Nullus in hoc igit̄ titulū liuoris haberet
Cura hoc nō nihilū: q uelit esse uigil.

Ad habendam metrici dictaminis notitiā: quę in breuitate ac lōgitudine maxime cōsistit syllabas: lr̄as: dictiones: & pedes cōstat esse putiles quibus incognitis ad predictā scientiā peruenire non potest. Cum ad hoc igit̄ explicādi nr̄a pn̄s uerset̄ intentio / uigilāter & accurate de singulis agendum est. Sed quia hominū cōsuetudo ad modū breui loquio delectat: quasi de spatioso lacu amenū riuolū ꝑtrahamus: & hęc sub quodam cōpendio sollicite ꝑstringamus: ita tamen q; nec exanguis breuitate inueniat̄ arrida: nec tumida: prolixitate cōfusa: Interdū etenim late scribētes supflua narratiōis ubertate memorie studiose obsistūt: & breuitati nimiū intendētes diffusam cohartando materiam steriles saltus posteritati relinqunt. Neutrum igit̄ & utrunq; attingētes a. lr̄a incipiamus: et linea meditatiōis

indeflexa dn̄o duce ad reliqua ꝓcedamus

Lr̄a est minima pars cōposite uocis id est illius uocis: que cōstat ex cōpositione lr̄aꝝ. Vel lr̄a ē uox: que scribi potest indiuidua. dicit̄ autē lr̄a: uel quasi legitera eo ꝙ legentibus iter prebeat uel a lino linis: seu a lituris: ut quibusdā placet. dicunt̄ etiā elementa lr̄e: sed abusiue. Elemēta enim sunt proprie ipse ꝓnuptiationes. lr̄e uero ipsarum note. Lr̄e accidūt tria: nomē: figura: et potestas. Nomē: ut a. b. figura: quam uidemus lr̄is representare. potestas ipsa pronuptiatio

Lr̄aꝝ hec quinq; sunt uocales. a. e. i. o. u. Cetere uero sunt cōsonantes. Vocales dicunt̄: qa p se uocē faciūt. & sine eis uox lr̄alis ꝓferri nō pōt. Vn̄ dicunt̄ uocales dicte qa dant suū sonū. siue sua nomīa p se. quaꝝ due trāseunt ī cōsonātes. s. &. u. qn̄ ꝑponunt̄ uocalibus ī eadē syllaba: ut Iuuo & uenus & uates. ꝓ duplici autē cōsonāte accipit̄. I. cū in eadē dictione ei cōsonanti pre/ponitur uocalis: ut maior: troia nisi hoc fiat per cōpositionē: ut reieci. tūc. n. ē simplex cōsonās sicut ī principiis dictionū. preterea sunt quedā dictiones ī fine quaꝝ. I. ē duplex cōsonās. licet nō sit inter duas uocales ut cui et huic que mo nasyllaba sūt. qa una sillaba supari debēt a gtō iure secūdi modi ꝓnominis. et qualis ibi ē: talis

retinet in dtō. qn̄q̄ tamen diuisim inueniuntur & sic uocalis: quę prius erat cōsonās. ut hic ille cui cernis. Iustus huic pater est. sed nobis non licet. ꝙ ei semꝑ est bisyllabū fit ad differentiam hei interiectionis. In pōpei uultei & huiusmodi uocatiuis similiter est. I. cōsonās duplex q̄a una syllaba suꝑantur a suis nomīatiuis: ī q̄bus. I. est duplex est cōsonans. Et est notandū ꝙ duo. ii. geminata qn̄q̄ ꝓ una ponunt̄ ī scansione: ut dii p̄cor a nobis omen remouete sinistrū. Ille urbē patauii cū lingua catonis & ennii. V. uero poitū inter. g. uel. q. & uocalē in eadē syllaba uim lr̄a. u amittit ut līgua & q̄a. & si ponit̄ post. s. sequēte a. uel. e. abicit̄ de metro ī scāsione. in his maxīe exēplis. suadeo: suauis: suesco cū suis deriuatiuis & forte ī paucis aliis. dicimus cū hoc scandimus Sadeo ꝓ suadeo: sauis ꝓ suauis: sesco uel setus: pro suesco & suetus. Exēpla q̄d male ꝑsuades: utinā bene cogere posses. Lōgius a sero sauior exit odor. Stulta loqui fatuus consueuit recta pitus: Et male ꝑsuasit immoderatus amor. q̄uis q̄dam nō semꝑ subtraxerūt. Oratius furesq̄ ferreq̄ suete. Sedulus. Cuius bonus leue cuius uirga ferre suaue

Attendenda est hic quędā trāsmutatio: quę fit de. I. & V. in scansione. loco enim cōsonantium positę uertunt̄ ī uocales qn̄q̄: ut syluę p̄ribus:

que Oratius posuit trisyllaba dicẽs. Nũc mare nũc sylue. Syllaba lõga breui subiecta uocatur Iambus. Iussaq; naiades plerades: deianira psol/uẽda Iason: Iacintus et huiusmõi sepe inueniũt in scansione diuidi. Cõtra eedem cũ sit uocales uertunt ĩ cõsonãtes: ut qbusdã uidet. Intenuia ariete: abiete: pariete & similibus que sic scan/dunt: ut cõsonantẽ secũde syllabe trahãt ad primam & uocalẽ: que remanet imutẽt ĩ cõsonantẽ sequentis syllabe. hoc modo ariete: tenuia. uel põt dici q ibi sit procelleumaticus pes positus p dactilo. teste Prisciano. Exẽpla. Tenuia nec lane p celũ uellẽ ferri. Eodẽ modo labat ariete crebro: abiete costam zc.

Notandũ est etiam q si dictio desinit ĩ uocalẽ & sequens incipiat a uocali. prima abicit de metro: ut in his exẽplis. Quãdo ego nõ timui gra/uiora picula ueris. Omne solũ forti pria est: ut piscibus equor. Neqtia ẽ: q te nõ sinit eẽ senẽ. Ille ego q quondã et ce. Dicimus. n. ĩ scãsione: quandego & pri ẽ. qd dicit fieri p sinalimpham que ẽ cõglutinatio pluriũ uocalium ĩ unam. Si inueniat utraq; uocalis remanere poetica licẽtia est. Eadẽ. n. auctoritate: qua poete uocalẽ sepe subtrahũt de metro: cũ dimittere ĩueniunt. sed raro quod faciunt diuersis modis ita. s. q qñq; remanet longa: ut hic. Sit pecori auibus. qñq;

breues ut hic.o.longum formose uale uale inqt
iolla.& hic credimus: ut q amāt sibi somnia fin/
gunt. Idē faciūt de diphthongo lōga remanet
ut hic.Musę aonides seu aonie aganippe.Breuis
fit: ut hic.Insulę Ioniū. & hic utraq; fit.sancte o
Iuuenis tibi sit sapientię ardor. hoc enī optinuit
uocalis: ut altera uocalis ante ipsam. necnon et
diphthōgus ī alia et dictiōe corripiet̄ p facilē
trāsitū.Breuis quoq; uocalis remanere inuenit̄:
ut eripe ensem. Nobis autē nullum istoꝝ licet:
debemus enim a cōsonāte sequentē dictionem
incipere si ꝓcedēs desinat ī uocalē.et si ꝓ con/
sonante accipiat̄: ut in cui ꝓpter sonū uocalis:
quē ibi habet.In medio quoq; dictionū inueni/
untur uocales subtrahi. Sūt enim tā simplicia q̃
composita:quę metrū sępe cogit sincopari:una
uocaliū subtracta:ut aureo:alueo:cereis et simi
lia.sic p̄hendo:cōprehēdo:repostū:ꝓ depositū
et seclū:piclū:oraclū:ꝓ seculū:piculū: uinculū:
oraculū.Exēpla.Nō erat hic aries uillo specta/
bilis aures.Sed me q timidā prędēt|hostis erat
Quod facere debemus: ꝓut ratio pedū ostēdit
in scansione faciendū.Cōposita quoꝝ iunctura
subtrahitur uocalis:sunt hęc:deinceps:deinde:
deest:deerat: Semianimis: Semiiustus:& huiōi·
dicimus.n.ī scāsione.dinde:dinceps:dest·derat
Semanimis & semiustus. Preterea sciendū ē:ꝙ
queq; uocalis quādoq; aspirat̄.a.ut habeo.e.ut

hereo.i.ut hic.o.ut homo.u.ut humus.& q̃tuor ex cõsonantibus.c.p.t.r. C.ut michi.P.ut Phi lippus.T.ut thetis.R.ut rhenus.& nota:ꝙ uo calibus aspiratio pręponi. Consonantibus uero debet postponi:ut hiulcus trisyllabũ ẽ.Ierusalẽ & Iesus:uel dicamus nõ aspirãda eẽ ꝑmittamus usum superare:qͣ nõ latine dictiones sunt. Vah & aha ĩ q̇bus aspiratio uidet̃ supponi uocalibus nõ sunt integre dictiones. Sed uaha & aha. Ibi aũt remanet aspiratio:ut signũ sublate uocalis.

De Consonantibus

De consonantibus dicendum est. Consonantes dicunt̃ idest simul sonantes:qͣ simul sonant cũ uocalibus. Earꝫ sex sũt Semiuocales.l.m.n.r.s. x. Alię uero sunt mutę. Semiuocales dicunt̃:qͣ nõ ita plenã uocẽ hñt sicut uocales q̃rũ queq̧ terminat dictionẽ.l.ut sal.M ut templũ.N.ut carmẽ.R.ut cęsar.S.ut deus.x.ut pax.Et harꝫ nomina incipiũt ab.e.& desinũt ĩ semiuocalẽ:ut el.em.en.er.es.pręter hoc nomẽ.x.qđ ab.i.inci pit. Semiuocaliũ due sunt liq̇dę.l.&.r. Liquidę dicuntur:qͣ qñq̧ liquescũt ĩ metro positę post mutas in eadẽ syllaba ꝑmittũt uocalẽ p̄cedẽtẽ qñq̧ bręuiari:& eã faciũt cõmunẽ si naturaliter est bręuis:ut.p̃ris.uñ Comp̃res:& cõpatres.Ala cres:& alacres dicere possumus ĩ metro.Cõma tres & Confratres tm̃ dicimus:qͣ uocales hñt longas:qđ potest uideri per eorꝫ nominatiuos:

Compater:Cōmater: alacer:Confrater.in q̄bus ſola muta ſequit̄ hāc uocalē.a. Si uero liq̄da fit mutę cōtinuatę.a.que lōga erat:nō mutat̄. quę bręuis erat/ ſit cōmunis. Illas aūt:q̄ hac notitia nō euident. q̄a ī eis muta ſiue liq̄da nō inuenit̄: ut aratrū: tenebre cōmunes iudicamus : p̄ hoc q̄ breues inueniuntur. Bręues enim p̄dicto mō poſſunt fieri lōge. licet lōge eodē mō nūq̄ fiant bręues. Et ē notandū: q̄ talia nec ī eccleſiaſtica lectione nec in uulgari p̄nūctione licet p̄duci: ſed tāntūmō ī metrica ſcanſione. Exēpla coīum ſunt hęc. Atraq̃ ciclopū manibus fabricata ci/clopum. eſt primo ſimilis uolucri: mox uero uolucris. dicimus & tenebrę coīter atq̃ tenebrę.

De . M .

M quoq̃ liqueſcit in metro. ſed tm̄ apud grę/cos ut · · abicitur aūt de metro quotienſcūq̃ terminat dictionem ſequente uocali: ut hic. Illū expirantē tranſfixo pectore flāmas. Omnibus hoc uitiū ē cantori/bus inter amicos. ut nūq̄ inducāt animū cātare rogati. Magnanimū eacidē formidatāq̃ tonāti Vetuſtiſſimi aūt nō ſemp̄ ſubtrahebāt ut Enni us in hoc uerſu. Inſignita fore tū milia militum octo. Sed neutrum liceat: nec ei aliā apponere dictionem niſi quę a conſonante incipit̄. ut ſum pius ęneas. De medio quoq̃ dictionis quādoq̃ ſubtrahitur.

De .N.

N .in quibusdam compositis nō debet scribi: sed pnunciari: ut circūago. Circūeo. apud grecos sepe liquescit. apud latinos rarissime. Ouidius Piscesanque gnidon grauidamque ameūta metallis. Prosp. Nec tn̄ bos toto depellit federe gnarus Quod nobis minime licet. de iūctura cōpositio nis subtrahit in quibusdā: ut coeo. S. quoque fre/ quēter amittit uim suā ī metro: et sepe liquescit ut ī istis ponite spes sibi quisque. Linquimus insani ridētes premia scribe. Terga sedēt crebro macu lis distincta smaraddo. Subtrahit etiā cū prece dente uocali: ut ī his. Interse coisse uiros & de/ cernere ferro. Quis cruor effusus cāpis tibi bel la peregit. Oua parire solet genus pēnis zc̄. S. uidet liquescere postposita: ut hic. Vocibus al/ terius diuina poemata fallūt: nō facit: qa. sp. po nunt ibi p.p. greca. x. cuius nomē incipit ad I. p apostrephen. I. p cōuersionē greci nominis qd est. xi. a quo descēdit. est duplex cōsonans. Recipit. n. pro. cs. uel. gs. ut pax pacis. p. gs. ut rex regis. Ideoque facit positionē ī metro: ut dux erat ille gregis. Sic etiā fax: grex: nix: & pix: et crux: quarum uocales naturaliter sūt corrupte per Lucanus. x. posuit post correptā uocalem quasi esset simplex cōsonās in hoc enim uersu. Tales phama canit tumidum super equora exersem Construxisse uias. auctoritatis excessus fuit.

De Mutis

Nunc de mutis agendũ est. Mutę dicunt̃ non quo uoce penitus careãt: sed q̃a q̃tũ ad cõpatione benesonantiũ parũ sonãt: & sunt nouẽ. b. c. d. f. g. q. p. t. k. Quaꝝ tres idẽ elementũ repsentant c. k. q. quare due illarũ uident̃ supflue. Sed. k. penitus supfacua ẽ q̃uis usus habeat eã ĩ qbus/dam dictionibus grẹcis ponere: ut kirie cãba. q. nulla alia causa scribit̃: nisi ut ostendat. u. positũ post se pdere uim lr̃ę: ut qs. Mutaꝝ nomĩa ab illis mutis incipiũt & in. e. desinũt. ut be. ce. de. ge. pe. te. prẹter nomina istaꝝ. s. k. q. f. nomẽ enĩ. k. desinit in. a. & scribitur sic. ka. quia tractũ ẽ a greco. Capa nomẽ. q. desinit in. u. q̃a ipsa. q. indictiõe nunq̃ scribitur sine. u. & debet sic scribi. quu. f. uidetur semiuocalis similitudine nõis quia eius nomẽ ab. e. incipit & in. f. desinit hoc mõ. ef. Sed muta magis modis ostenditur multis descẽdit. a. in. fi. greca: que est muta. Et liquidis preponitur ĩ eadẽ sillaba: nec dictionẽ terminat aliã a suo nomine. qm̃ omẽs semiuoles faciũt ut dictũ ẽ. q̃re semiuocales esse nõ põt.

De. H.

H. non est littera: sed tantum aspirationis nota uocalis non est. quia nõ facit uocem per se. Cõsonans non est quia iuncta cum consonante nõ facit positionẽ: ut patet hoc uersu. Solus hr̃e potes. qdẽ tam̃ usi ea ꝓ cõsonãte ex ipa faciũt.

ut in his exemplis. Vir humilis mesto celū con-
scendit ab alto. Mors fera per hnminem miser
sibi subdidit orbem.

De. y. &. z.

Restat de duabus litteris grecis. y. & z: quibus
utimur in grecis dictionibus tātū seu barbaris.
ut ymnus: gaza. quarū una ē uocalis scilicet. y.
& ea utimur pro. I. altera est semiuocalis. s. z.
que duplex cōsonans est. Accipit̄ ꝓ duabus. ss.
maza pro massa. pitizo ꝓ pitisso. sue tn̄ duplici-
tatis potencias clementius agit. z. quā alie du-
plices. s. x. &. i. que cum faciunt p̄cedēte sillabā
tm̄ lōgam ista facit cōmunē si naturaliter fuerit
breuis: ūde dicit̄: adquam. z. datur producit̄ &
breuiat̄ quod possunt fieri per hoc exemplū
Condita gaza polo sacros uacuare gazarum.

Determinatio in quibus sillabis
p̄dicte regule cōsiderāde sūt.

Et est notandum: ꝙ huiusmōi regulas: quas de
mutis & liquidis prediximus: sine de. x. et. z.
ad precedentes dictiones extendere nō debe-
mus: correptam ꝑnim alterius ꝑtis uel dictiōis
nō ob hoc licet ꝓduci: sed tantū ꝑiusdē: & hoc
tam in simplicibus: ut pateat q̄ in cōpositis: ut
replet. Si aūt apud grecos inueniatur correpta
uocalis in fine dictionis produci muta & liq̄da
in alia dictione sequentibus: seu a liq̄da duplici
auctoritati ē ascribendū. ut ī his exēplis: estusꝗ

pluuiasq̃ lapeq̃ tribuliq̃ absint terrasq̃ tractus
q̃ maris ante is. ut ꝓsegete spicas sepe stillãtis
ocelli. & etiã in fine pedis. Iam Iamq̃ sed. Illud
ante. x. ut dirimoq̃ xantoq̃. ante. z. ut euriq̃ zi
phirios tonant. Sed nobis non licet. x. sequẽte
producere seu corripere uocalẽ p̃cedẽtis dicti
onis si correpta fuerit. corripe autẽ consitẽter
possumus correptam. Muta & liquida sine. z.
in alia dictiõe sequẽtibns muta & liq̃da: ut hec
diruta creta licet regina creusa triũphas. z. ut
hic Munera zachei sensit numerosa zacintus
uel zachinctus hec de litteris ad p̃ns sufficiant
dicta.
Litterarum alie sint uocales: alie consonantes:
Vocales sunt. a. e. i. o. u. quarum due scilicet. i.
&. u. accipiuntur pro consonantibus &. I. ꝓ sim-
plici & duplici cõsonante accipitur. u. uero pro
simplici tantum.

De Consonantibus.

Cõsonantium alie sunt semiuocales. alie mute.
Semiuocales sũt sex. l. m. n. r. s. x. haꝝ due snnt
liq̃de. l. &. r. x. uero ẽ duplex cõsonans. Relique
sunt simplices. Mute sunt nouem que simplici
ter simplices sunt. post has sunt due grece. y:
uocalis &. z. semiuocalis et duplex. h. nõ est lr̃a
& ideo est a reliqnis separata.
Hec tibi snpposite mõstrabit forma tabelle.

Littera.

Vocalis	Cōsonā.	Muta
	Seīuocalis	
A.e.i.o.u.		b.c.d.
	L.m.n.r.s.x.z.	f.g.k.
		p.q.t.
ꝓcōsonāte	ꝓcōso. liq̄da	simplex
	Grę̄ca	duplex
ꝓ duplici cōsonanti	ꝓ simplici cōsonanti	y z

Vt firmat noua lex abecedarius est rex.
Omneq́ nāq́ regit doctrina q̄ sibi credit
Incipit a prima que sit mōstrādo figura
Quelibet ut pateat reliq̄s post īdice mōstrat
QVas habet uxores duplices & simpliciores
Sed ꝙ b. sterilis fuit; est & uilior illis
Hanc ideo spreuit & ab illis dissociauit.
Que contristat̄ ꝙ ab agmine dissociatur
Tq́ dum plorat laniatis crinibus orat
Hanc ut suscipiat crudelis ut nec sibi fiat
QVi respondit ei laniato crine dolenti
Dic michi q̄d ploras me cur laniata ꝑ oras
Multas uxores habeo michi te meliores
Nil ualet hic fletus rogo sit tibi sermo q̄etus
Non te suscipiam sic ut coniunx tibi fiam

Ordine subsequitur dicendū sillaba qd sit
Et que communis longaue siue breuis.

QVid sit sillaba.

Sillaba est cōprehentio litterarum consequens sub uno accentu & uno spiritu indistanter pro lata: ut do. dicitur aūt sillaba a sillabin quod est comprehendere. eo quod queq; sillaba litterarum est comprehensiua quāuis etiam unius uocalis enūctiatio sillaba dicatur: ut a. sed hoc in pprie Sillabe accidunt quatuor Tenor siue accentus spiritus: numerus litterarum & tēpus. Tenor in eo quod sillaba profert̄ uno accentu uel graui uel circumflexu. Acuto: ut are. graui: ut aratrum. Circumflexo: ut ara. Spūs in eo: q sillaba pfert̄ aspere uel leniter. ut chremes: Leniter: ut bo/nus. Nūs litterarum in eo q sillaba ē unius littere ut. a. uel duarum ut. do. & sic usq; ad sex: ut ars mars: stans stirps. Sine autē uocali nulla īuenit̄ sillaba. Tempus accipit sillabe: qa omīs sillabe ē breuis: aut longa: uel cōmunis. Tempus in hoc loco est mora transitus uel sillabe pnūctiatiōis unde si paruula & indissolubilis morula sit in sillaba. Correptio dicitur id est simul raptio: quia festinanter transit̄ ad sequentē. Si uero magna sit ibi mora dicit̄ pductio quasi procul ductio. habet autem breuis unum tempus ut et longa duo: ut do. Cōmunis unū & dimidiū: ut patro. In metro tamē necesse ē sillabam esse breuē tm

uel longam tantū: ut de eodem loco intelliga/
tur. Cōmunis uero ea dicitur ſillaba: que in me
tro alicui produci poteſt & eadem breuiari ali/
cui: ut ſacro. nec eſt iudicanda ſillaba ſecundū
ſui eſſentiam: ſed dictionis: in qua eſt: ne p hoc
poſſit probari communis. prima huius dictiōis
ſanus que cum ꝓducitur hic. corripitur tamen
cum eſt prima huius dictionis ſalus. Breuitas
nanq ac longitudo circa ſillabam attēdi debet
ſecundum ſtatum: quem indictione habet. eſt
autem breuitas huius tēporis ſillabe aſcriptio:
& longitudo duum. Longa etenim & ſi non bis
tantum ſaltem plus tenenda eſt: q̃ breuis: ut uir
Et quia breuitas & longitudo in ſillabis cōſide/
rant: q̃liter tpe ſillabe breuis eſſe cognoſcant:
uel longe āmodo dicēdū eſt.

Suntautem ſillabarum quedam prime. quedam
medie. & quedam ultime. Prima eſt: ut do. me/
dia: ut mi. ultima: ut nus. Media eſt quecunq
eſt inter. ultimam & primam: ut in hac dictiōe.
ratiocinatio. omnes ſunt medie. prima & ultima
exceptis. & quia breuis naturaliter precedit.
Cuius tempus geminatum facere poteſt. de ipa
prius agendum eſt.

QVod mōis ſillaba cognoſcitur.

Prima ſillaba igit̄: ſi breuis fuit ſex modis cog/
noſcitur poteſt. Vocalis ante alteram uocalem.
Cōpoſitione; deriuatione; regnla prepoſitione.

De uocali ante alteram uocalē talis datᷓ regula. Vocalis ante alteram uocalem sequentis sillabe semper breuiatᷓ ut deus nisi in his: ut fio & fiā: inquibus. i. producitur. infierē uero & fieri breuiatur ponuntur enī. i. & . e. breues pro. i. longa ubicunq. ri sequitur illo uerbo: ut fierē p firē. fieri pro firi. Exemplū utriusq hoc est. Omnia iam fient fieriq posse negabā. In genitiuis nominum: & pnominū in us desinentibus indifferenter ponitᷓ. Possumus enim dicere idem de istis gēitiuis in ius desinētibus unius & unius: Illius: & Illius in metro. Exempla. Vnius obmeritum cuncti perierie priores. Vt dolor unius daonos peruenit ad omnes. Nō magis illius numerari. hic filius arma. De pdictis genitiuis excipiuntur alterius: qui semper breuiatur: quia duabus sillabis supat nominatiuum & alius: qui semper producitᷓ ad differeutiā sui nominatiui: cuius: huius: eius in ius desinit: & non in ius et ideo posicione producuntur. In genitiuis uero et datiuis quinte declinationis e. pura. i. quādo perse ē sillaba semp producitur: ut diei: speciei. In aliis breuiatur: ut rei. spei. fidei. Paulinus tn̄ hoc produxit dicēs. discutiebat ouās galeas scutoq fidei. Sed excessus fuit. īdubitāter. h. corripiēda est. unde prosper uirtutēq fideiq cupis esse tene. Inqbusdā ppriis producitur uocalis an̄ uocalē: ut eneas: media: et paucis appellatis

ut dius & eous : aulea : platea. & si naturaliter greca sint uel barbara pene indifferēter eis uti possumus. ut si dicā chorea siue chorea ī metro nō pecco. orion : & oriō: & similia. ut hic uideri potest. vii. priamus tanti. hanc tibi priamides. nisi aliqua sint. que ex frequenti usu uno tantū proferatur: ut maria. philosophia. Auctores enī sp quedā ꝓducūt: ꝙ nobis nō licet imitari nec debet q̄dā uideri ab surdū: si aliq̄ sillaba uocali ante uocalem cognoscitur esse longa. quia ista non est generalis cognitio sillabarum: que producuntur. s. ꝙ uocalis est ante alteram uocalē. sicut quedam specialis exceptio ad pauca. Cū ante uocalem uocalis inuenitur produci: sicud deriuatione cognoscitur. Lucerna ꝑ contrariū cuius prima breuiatur. & luceo a quo descedit. ubiq; producitur cum reliquis suis deriuatiuis. Exemplū tocius cognationis hēs iu hoc uersu. Lucidares lucee: lucentis luce lucerne.

Qve sillabe cognoscāt cōpositiōe.

Compositione cognoscit̄ prima sillaba: ut lego: perlego. Compositio est aggregatio dictionum ex quibus una efficitur. Sensus earū capax siue ibi remaneat eadē uocalis: ut agit: peragit siue mutetur: ut facit perficit: uel proficit. Et est notandum ꝙ nulla sillaba compositiōe cognoscitnr: nisi sit prima sillaba bissillabe dictionis. Si tamen dictio sit talis : in cuius cognicione

trissillaba dictio inueniat. cognosci potest Cõ
posicione. sed nõ ꝓprie: nec nisi ꝑ diminutionẽ
que debet duci ad bissillabam: ut ibi Cõposita
cognoscatur accentu: qui non pateret in sillaba
nisi fieret penultima: ut amabam: amo; peramo.
quia & si posset cõponi lacero: laceras. dilacero:
dilaceras. hac compositione non cognoscitur
prima sillaba. cum idem uerbum nũq̈ sit bissil/
labum: sicut nec fateor cognosci potest: nisi ꝑ
participium fatens: quod componitur cõfitens
ubi prima patet quanta sit: que breuis est.

Nota duas litteras in omni
cõiugatione pñtis & ꝑteriti.

Diligenter aũt attendendum est: quam coniu/
gationem prosequi debeamus. liceat enim una
& eadem sillaba sit tocius uerbi litteratura: spe
cialis tamen quedam distinctio notaẗ inter pñs
& preteritum: a quibus cetera coniugationis
descendunt: & quales sunt eorum prime sillabe
tales sunt in reliquis. Ideoq; sciendum est que
& quot sequantur presens. & que preteritum
inquolibet modo. In ĩdicatiuo sunt litterature
pñs: preteritũinperfectũ & futurũ. In impatiuo
presens & futurũ. In optatiuo ꝑteritũ inꝑfectũ
& futurum. In subiunctiuo presens & preteritũ
inperfectum. In infinitiuo presens. & post hec
gerũdia: & post hec participia in us litterature
presenti sunt ista. In indicatiuo preteritum et

plusquãperfectum. In optatiuo plusquãpfectũ In subiũctiuo pteritũpfectũ & plusquãpfectũ Et cum bis plerũq supina cum suis participiis. quod ibi euidẽter patet. ubi litteratura diuersa est: ut fero ferebã. Tuli tuleram. furio insaniui. ferio percussi. Que cognitio nisi exquisite attẽ datur. pbari potest prima sillaba huius dictiõis posuissem longam esse compositione. que fit in presenti ppono. & prima huius dictionis legere breuis per compositionẽ: que fit ĩ suo pñti lego perlego. quoꝝ utrunq est inconueniens. Non enim ad presens recurrendum est pro illis. sed tantum ad preteritum. posui uel legi: nisi talis sit prima preteriti: qualis in psenti est. ut amaui tunc reliqua per presens cognosci possunt: ut amauissem: amauero: amo: peramo.

Nota q nõ ubiq seruat
Ius Compositionis.

Notandum quoq est: q compositionis Ius: nõ ubiq seruat. ut impronuba: innuba: Causidicus & meridies: falsidicus: cognitum & agnitum: dissipo & similibus: quoꝝ simplicia producũtur Ambages: ambitum: penultimas producunt: & a breuibus componuntur. vii. s. ab ago & itum.

Caue quomõ fiat cõpositio.

Preterea cauendum est: quid cum quo compo natur: et quid nõ: Sũt enĩ aliqna: que cõponũt unde componi non uidentur Equiuocatione:

uel uocis similitudine ĩpediente: ut si dicis infi
dus componitur: ex in & fidus. non ideo dicas
perfidus: Sed perfidus hoc enim componitur
ex perdens et fidem. Infidus siue quadrifidus
componitur ex nomĩe quattuor: et uerbo fidi:
fidisti. excitus: accitus. secunde ex cieo: uel ex
cito acitu quarte. Irrito. ex in et ratus. Irrito ex
in et ritus uel rite. Renitens a niteo. es. renitẽs
a niteor. ris. & sic de multis aliis. Sĩcerus fit ex
sine erarie. Sincerus ex sine et cera. obedit ex
ob et edo es est. obedit ex ob et audio audis.
Suffoco & sub & fauce. Abominor ex ob et
omen. Conuicium a con et uicius que tria pro
ducunt̃. Exameter: Pentameter: a metro quod
est mẽsura. Geometer ex geon: quod gręce dr̃:
terra et metior. ris. datur: circundet̃: uenundet̃
pessundetur: in penultima breuiantur: detur:
Circundetur: uenundetur: pessundet̃: proditur
locũdatur: uerecũdatur. simplicia sunt.

De Deriuatione.

Deriuatione cognoscit̃ prima sillaba: ut ab amo
as. in̄ amicus. deriuatio est dictionis a dictione
descẽsio de q̃ talis dat̃ regula. QVãta ẽ prima sil
laba primitiui: tanta est prima deriuatiui: que
propter maiorem partem dictum puta. fallit
enim in multis; que aliter se habent in primis
sillabis q̃ alia: a quibns descendunt. & sunt ista
fere. Nam nolo loqui nisi uere.

Breuia.		Longa.	
Voco	as.	Vox	cis.
Homo uel humãitas.		Humanus	
Sedeo	es.	Sedes	is.
Lego	is.	Lex	is.
Rego	is.	Rex	is.
Cado	is.	Casus	sus.
Tego	is.	Tegilla	le.
Lateo	es.	Laterna	ne.
Vireo	es.	Vires	uiriũ.
Oportet		Oportunus.	
Statum	tu.	Staturus	ra.
Nequeo	is.	Nequam	
Locus	ci.	Iocundus	
Nouem		Nouus	
Decem		Drnus	
Tot	bis	Totus	binus
Secus		Secus	
Vitĩum	tii	Vitupero	
Sequor	ris.	Seculũ	cli.
Similis		Simia	
Italus		Italia	
Tuli		Latum	

Longa		Breuis	
Dico	cis.	Dicax	cis
Duco	cis.	Dux	cis.

Luceo	es.	Lucerna	ne.
Vado	dis.	Vadum	di.
Sopio	is.	Soporo	ras.
Munio	nis.	Manus	nus.
Vito	as.	Vitium	tii.
Stabo	bis.	Stabilis	le.
Plui	iſti.	Pluuia	e.
Notum	tu.	Noto	notas.
Natum	tu.	Nato	as
Proſa	ſe.	Proſeuca	ce.
Fabula	le.	Fabella	le.
Acer	acris.	Acerbus	bi.
Varis	cis.	Varicoſus	ſa.
Titan	nis.	Titulus	li.
Bobus uel bubus		Bobulcus	ci.
Monos.		Monacus	ci.
Sodes.		Sodalis.	
Areo		Ariſta.	ſte.
Arare		Aruſpex	cis.
Vnus		Semel.	

Et preterea noceo.lino.beri.breuiantur.Nox.
littera beſternus ꝓducunt̃.frango diſſero.fur.
furis.ofella quater quaternus.Sigillum Tigillũ
breuiantur.offa.quattuor ſignum.agrum pro/
ducũtur.Fragon fragilis.diſertus.farina.ofella.
quater.quaternus.Sigillum Tigillum breuiant̃
Sed quia bec & cetera buiuſmõi poſitio facit.

cogit. uel Tegit uariari. Non ibi diutius immor
randum: & caue diligenter: ne per litterature
similitudinem deriuationis confusio: & errare
faciat. a uoco enim non deriuatur uocalis: nec
a uoce nocabulū. sed a uoco uocabulū: uocamē
& uocatus. que secum omnia breuianť. a uoce
uocalis. uociferon que producuntur. Similiter
etiam & de aliis considerandum est.

De Regula.

Regula cognoscitur prima sillaba: ut momordi
Regula in hoc loco est plurium sillabarum uel
dictionum collectio in unam similitudinē: que
ad omniū sillabarum cognitionē maxime ualet.
dantur enim de singulis sillabis tot certe ac de
terminate regule. quod ipīs solis cognosci pos
sunt. omnes sillabe distinguunť queq; ad maiorē
ipsarum euidētiam per singulas uoces qualibet
cōsonantiū precedentes: quaꝝ prima hec est.

Omnis prima sillaba in a desinens.

Omnis prima sillaba in a. desinens sequenti b.
breuiatur: ut tabula: preter nerba in presenti
monasillaba: ut stabā. stabo. Nabam nabo. flabā
flabo. flabo. flabor: que oīa producunt: nisi dabā
& dabo que breuiantur. & preter labes: Tabes:
labor: proco: labilis & nabilis pabulum & fabula
& ut quidam dicunt Scabidus scabi: que pro
ducuntur fabella tamen & stabilis: siue stabulū
breuiantur. Sed quia regulas his difficile: ac

longum est exquirere de ipsis differatur ad pñs de preteritis & quibusdā supinis aliqua est hic notitia proferenda hoc modo. Omne preteritū geminatū curripit primā sillabam: ut momordi Omne preteritum bissillabum producit primā sillabam ut uidi: preter bibi fidi. scidi. dedi. steti & tuli: que breuiant̄: & preter habentia uocalē ante uocalem: ut fui: & rui. Hic nota non emi sed emo deberet esse: ubi dicit̄ ab audio. quod tibi donaui perfide littus emo. Exemplū inquo producitur hoc est obtuitu siquod p̄cibus nil carius emi. Vas tribus & semi solers ergo prodi gus emi. quod uero nec est geminatum: nec bissillabum tantam habet primā sillabam: quāta est in. presenti: ut amo: amaui p̄ter posui: coegi genui: quorum presencia producuntur: & ipsa breuiantur. Cubui quoq; breuiatur in presenti positione producitur. cum efficitur tertie con/iugationis. tūc enim assumit. m. incompositiōe ut succumbo: bis: quod componitur ex sub & cubo: bas. preterea re prepositio in quibusdam preteritis producitur: inquorum presentibus breuiatur: ut retuli. repuli. sed in omnibus bis geminanda est consonans: quod non fit ineo/rum presentibus uel supinis. uerba que in pre senti breuiantur: & in preterito producuntur: hec sunt.

Que uerba in pn̄ti corripiunt: & in preterito producuntur.

Iuuo	uas.	Iuui	sti.
Lauo	uas uel uis.	laui	sti.
Video	des.	uidi	sti.
Sedeo	des.	sedi	sti.
Primo	is.	pressi	sti.
Gero	is.	gessi	sti.
Tergo	is.	tersi	sti.
Tego	is.	texi	sti.
Scabo	is.	scabi	sti.
Facio	is.	feci	sti.
Ago	is.	egi	sti.
Iacio	is.	ieci	sti.
Caueo	es.	caui	sti.
Faueo	es.	faui	sti.
Paueo	es.	paui	sti.
Foueo	es.	foui	sti.
Iubeo	es.	iussi	sti.
Maneo	es.	mansi	sti.
Moueo	es.	moui	sti.
Ferio	ris.	pcussi	sti.
Coquo	quis.	coxi	sti.
Lego	is.	legi	sti.
Emo	mis.	emi	sti.
Sino	nis.	siui	sti.
Tero	ris.	triui	sti.

Meto	is.	messui	sti.
Capio	is.	cepi	sti.
Fugio	is.	fugi	sti.
Fodio	is.	fodi	sti.
Quatio	is.	quassi	
Ito uel icio	is.	ici.	sti.
Venio	is.	ueni	sti.
Edo	is.	edi	sti.
Furio	is.	insaniui.	

Et quedam babentia uocalē ante uocalem idē faciunt: ut neuo neui. Cio ciui & iui queo qui: Trabo.xi. & similia.

De Regulis supinorum.

De supinis dissillabis talis datur regula. Omne supinū dissillabū ꝑducit primā: ut Visum: latū: preter datum: statum: ratum: satum: situm: litū: itum: quitum: & citum: quando uenit a Cito es: & nitum: qui non est in usu nisi incompositiōe: ut birutum: obrutum. Nota itum in uno composito. penultimam producere scilicet ambitū ambitu: īcuius uerbo mutatur.e.in.i. ī presenti ut ambio. Notum prose ꝑducit. sedi n duobus suis compositis penultimam corripit: ut cognitam: & agnitum.

De Prepositione.

Prepositione cognoscitur prima sillaba: quādo ab ea incipit dictio: quod nō fit nisi in cōpositis

ut depono: prius tamen oportet ipsas preposi-
tiones extra compositionem quante sint. s. pse:
quia finales docebunt regule: de quibus prepo-
sitionibus talis datur regula. Omnis prepositio
tanta remanet incompositione: quanta est pse:
ut peramo: ineo: defero: prefero: nisi generalis
regula ĩpediat positio. s. uel uocalis ante uocalẽ
que quandoqꝫ facit breuem produci: ut plego
induco: quãdoqꝫ longã corripi: ut de albo p̄uro
que due cum hero. hes. composite ideo produ-
cuntur: quia uocalis de compositiõe subtrahat̃
ut debeo: prebeo: & nisi prepositio sui natura
uane ponatur ĩdictionibus: quod sex faciunt.
Nam hec quinqꝫ ad. ab. in. ob. & sub. quãdo cõ-
ponuntur cũ iacio: cis. intrissillabis indifferẽter
ponuntur. I. in secunda & tertia persona p̄ntis
indicatiui & imparatiui: ut abicis. abicit. abice.
abicit: & sic de aliis. In ceteras sillabis & supra ꝓ
ducuntur: ut adicio: adiciebam: adiciam: abicio
abiciebam: abiciam & ex. In preteritis & sequa-
cibus positione sunt longe: ut adieci: adiecerim
adiecero: In cuius uerbi compositione a. mutat̃
in. i. ut iacio: adicio: sic facio: perficio. Sed tunc
subtrahit̃. i. consonans. Alter enim prima sillaba
quam communem diximus: non posset corripi
propter compositionẽ: que ibi esset: uel potest
dici: qꝫ predicta componuntur in presenti cum
icio. icis. quod non est in usu: ut adicio: abicio:

inproicio & deicio nichil subtrahit: & ideo pro ducunt exepla. ꝓhicit āpullas deiicit īgeminat.

De Pro.

Pro sicut per se producitur: ita etiā in compositione: ut promitto: ꝓpono: nisi sequat uocalis ut ꝓauis: ꝓhibet: & nisi ī istis cū suis deriuatis in quibus omnibus breuiatur.

Nota Pro in omnibus
suis deriuatis corripi.

Multa miser timeo: quia feci multa proterue.
Nostra per aduersas agitur fortuna procellas.
Italiam fato profugus lanniaqꝫ uenit
Est neptunus auus: pronepos ego regis aquaꝝ
Fraternas acies alternaqꝫ regna prophanis
Mente canes leta: monuit quecunqꝫ propheta
Omnibus est certis omni quesita profundo
Tum breuiter dido uultu demissa profatur
Has semper lachrymas habeo sempqꝫ profūdo
Hec spes est ueneris semꝑ profitenda roganti
Irrita quid metito paruum proficiscor munus
Risit & his inquit. facito mea tela procures
Est mater felix: & fortunato profecto
Tu nimiū propas: & adhuc tua messis ī erba est

Deriuatiua preteritorum.

Deriuatiua hec sunt ista: properas: properāter: proterue: proteruitas: procellosus: profuga: proneptis: prophano: nas. profetia: profunditas profatus. ta. tū profusus. sa. sum. ꝓfectus. ta. tū.

procurans: que omnia breuiantur. & si qua alia ueniũt ab illis. profectus tamẽ. est cum quarte declinationis producitur. & profecturus. ra. rũ Exemplum. Homo profecturis littora bobus anis. potest etiam dici quod quedam ex predictis: a procul: uel prope componantur: quorum prime breuiantur: ut profundũ id est procul a fundo. prophanum procul a phano. proteruus id est prope toruus. propinquus nõ componitur: sed deriuatur a prope: & ideo breuiatur.

De ppositiõibus: que nũquam apponunt.

Sunt & alie prepositiões quedam que per se nõ inueniuntur sed tantum in compositione: ut di dis. re. se. an. con. quarũ prima scilicet di. semper producitnr. ut dimico: nisi tamen indirimo & disertns. cum suis deriuatiuis. unde dicitur. di. tamen indirimo mansit breuis atque disertus. Exempla tamen alia sunt ista.

Qui mediis castris tutam dirimebat yledam
Tamen admirari tantum laudare disertos.

Dis ubique pducit: ut ĩdisitio. Re ubique breuiat: ut remitto nisi positio sequatur: ut respicio: & nisi in refert pro distat: uel prodest: inquibus producitur Exẽpla. quid refert dictis ignoscat caucius an non? Quid tamẽ hoc refert. si refert inuenias ĩ hoc uersu Ouidii. Vna recens crimẽ refertur adultra nobis. referatur uel narratur debet esse. In reicio inuenitur corripi & pduci:

ut in his Virgilius.
Titire pascentes a flumine reice capellas
Reice ne maculis obfustent fellera pullis
Nos re corripere debemus. In retuli. repuli. re/
peri. positiõe producitur: quia in his consonãs
geminatur: sicut in reliquie religio: reddo. q̃uis
non in reliqua & redigo habent: a quibus descẽ
dunt. In quibusdam pro liquida & muta. Re
indifferenter ponitur: ut reprimo: replet: Lu/
canus. Ad sũmos repleta feros. Virgi. Sanctos
reddere fontes. Se producitur: ut seduco. Am
breuiatur nisi quia eam semper sequitur conso
nans & ideo positione producitur: ut amputo.
Con. semper producitur. siue enim remaneat
incompositione: ut confero: siue subtrahatur:
ut cogo: nisi sequat̃ uocalis: ut coago. ĩcomedo
& cominor. n. mutatur in. m. & breuiatur. Ob.
quoq; tantũ incõpositione rep̃it correptũ. hor.
Aut spem deponas: aut artem illusus omittas.

De Exemplo.

Exemplo cognoscitur prima sillaba: ut animus.
Exemplum est dictum uel factum alicuius imi/
tatione dignum: adquod est recurrendũ: si alio
modo non potest cognosci sillaba. Nec est su/
mendum exemplũ de quolibet: sed aliquo tm̃
autorizabili opere. Maronis: Nasonis: Lucani
Statii: & trium satyrorum: ut si dubitetur de
prima sillaba huius dictionis animus: que nullo

predictorum modum cognosci potest. quanta apud istorum aliquem inuenitur tāta in metro ponaī. Ouidius. In noua fert animus mutatas di cere formas. Cauendum tñ est: ne nimis licēter maioꝝ assumantur exēpla: & ne si quid fecerīt auctores. auctoritatis pondere. id incaute non dum tanti ualemus presumere. Correptā enim aliquando producunt. ut Iuuenalis. Combibit estiuum contracta cuticula solem. & productā corripiunt. ut Horatius. Regis opus sterilisq; diu palus aptaq; r̄mis. quod nobis minime licet Si tamen oppositis agitetur sillaba unctis. Sit qualē maior indicat usus eam. Vt prima huius dictionis Italus: & similium que hic corripiunī & producuntur. Ouidius dixit Itala regna seq. Persius dixit. Italoq; honore supinus. Virgilius. utrunq; fecit. corripuit dicens Eneas. Italo. pro duxit dicens. Acies quibus Itala iantum. Idem facuit de hac dictione connubiū: tam in prima q̄ secūda sillaba. & ideo prorsus huiusmōi sunt relinquende: uel secundum hoc quod sepius inueniuntur sunt ponende.

De Prima sillaba.

Prima sillaba duobus modis est longa: natura: & positiōe. Natura: ut dono. Positiōe: ut frāgo. sed que nam producitur: sex modis cognosci pōt. Diphthongon: Compositione: Deriuatiōe: Regula: Prepositione: & Exemplo. anteq̄ uel

que omnia de positione dicamus.

De Positione.

